

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia  
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

**Meier, Gebhard Theodor**

**Helmstadii, 1696**

§. LXIV.

**urn:nbn:de:bsz:31-105465**

pliciter ob causam, aliàs enim omnes homines jure possunt damnari, quod verba *Apoc. XX. 4.* in sensu literæ non præcisè acceperit, non minus injustè eum condemnaturum esse, quam si condemnare vellet quendam, quod verba *Joh. V. 28.* in sensu proprio acceperit. Quippe tum necessario à sensu literæ recedendum est, cum alia Scripturæ S. dicta sensui literæ, in proposito dicto, repugnant; sed dabitur inferius locus, hoc de *Apoc. XX. 4.* demonstrandi, cum ipsa Animadversio idem nobis dubium moveat.

LXII. De bestiâ adhuc notandum est, quod eam doceant quidem existere in Monarchiâ Romanâ, non tamen idcirco velint, omnes illius Imperatores & principes ad ipsam pertinere bestiam, qua de re frequentissimas in ipsorum scriptis reperire licet protestationes, Vid. *Glaubens-Gespr. p. 825.* Et D. Animadversus in *Ablehnung der schändlicher Aufslagen &c.* Sed & hac de re inferius pluribus agendi dabitur occasio.

210 Addam nonnulla ex sæpe citatis Colloquiis fidei ad uberiorem pugnæ memoratæ declarationem pertinentia, & quidem p. 819. hæc habentur. *Mein Jesu! Was für eine Ehre werden deine Glaubens-Überwinder haben / wenn du sie dazu gebrauchest wirst / daß sie mit dir ausziehen sollen zum Streit gegen das Thier und sein Heer / und die Könige auff Erden / die sich allesammt gegen dich versammeln / und dein Volk werden vertilgen wollen / welches du aus Morgen und Mitternacht beruffen wirst; aber du wirst sie überwinden / denn du bist ein Herr aller Herren.* Ex quibus apertum est, quod ipsi etiâ Chiliastæ in hac pugna dimicaturi sint.

LXIV. Hypothesis VIII. Non tamen in hoc prælio gentes delabuntur omnes, sed remanebunt quædam servituti eorum, qui regnum in terrâ tenebunt mancipandæ, ut docetur in Præfati Animadversio-

fionis

fionis. Graviter hæc hypothesiſ impingit in Theſin-  
 17. Matthæus ſiquidem c. xxv. 31. ſeqq. longe aliud do-  
 cet, ſcilicet, in adventu Chriſti omnes homines vel  
 in vitam æternam, vel in ignem æternum eſſe detru-  
 dendos, imo totum hoc iudicium bello exequendum,  
 â iudicio Matthæi immane quantum diſcrepat, velut  
 in multis oſenſum jam eſt; neque enim prædæ illius  
 quam pugnaces noſtri Chiliaſtæ ab hoſtibus ſperant  
 reportare, Matthæus quicquam meminit, multo mi-  
 nus illorum quos ex hoc conflictu abducere volunt  
 ſervorum; ſed potius nullum mancipium iſtis ſperan-  
 dum eſſe, utut cæterorum omnium maxima detur  
 affluentia, ita probo: Omnes homines in adventu Chri-  
 ſti viventes, aut Chriſtum in membris ſuis cibarunt, po-  
 tarunt, &c. aut hoc ipſum non fecerunt: Priores tan-  
 tum abeſt, ut ſervituri vel mancipia futuri ſint, ut i-  
 pſi potius in regnum gloriæ & vitam æternam ſint  
 adoptandi *Matth. XXV. ult.* Poſteriores non in ſervi-  
 tium mancipandi, ſed in gehennam detrudendi erunt  
*ibid.* Ex neutrâ igitur parte mancipia pro Chiliaſtis  
 relinquentur.

LXIV. Hypotheſiſ IX. Item ex ingenti illo exer-  
 citu beſtiæ proſtrato, ac copiis innumeris Gogi & Ma-  
 gogi, qui præ reliquis Eccleſiam tempore illo infeſta-  
 bunt, deletis, nonnulli remanebunt, qui ſunt ex  
 ſemine Gogi & Magogi, ii que tempore regni in loca  
 ab Hieroſolymis remotiſſima ſe recipient, atque ita  
 horum M. annorum ſpatio in immenſum per genera-  
 tionem ſe multiplicabunt, ut poſt illos exactos denuo  
 Eccleſiam in Hieroſolymis aggrediantur, & innume-  
 ro exercitu contrâ eandem in aciem prodeant. Ita  
 paſſim docent Chiliaſtæ, quorum teſtimonia jam ad-  
 ducta ſunt n. LV. ſub finem. Habet igitur hæc hy-  
 po-